Fragmentarium

discipuli eius rogabant eum
dicentes. Dimitte illam: quia
clamat post nos. Ipse autem respon
dens ait. Non sum missus: nisi
ad oves que perierunt domus israel.
At illa venit: et adoravit eum
dicens. Domine: adiuva me. Qui
respondens ait. Non est bonum su
mere panem filiorum: et mittere
canibus. At illa dixit. Etiam domine
nam et catelli edunt de micis:
que cadunt de mensa dominorum suorum.
Tunc respondens ihesus: ait illi.
O mulier: magna est fides tua fi
at tibi sicut vis. Et sanata est fili
a illius ex illa hora. Off. xxxvi. Meditabar
Sacrificiis presentibus domine Sec.
quesumus intende placatus: ut
et devotioni nostre proficiant et sa
luti. Per. Co. xxxvi. Intellige clamorem. P.c.
Supplices te rogamus omnipotens
deus. ut quos tuis reficis
sacramentis: tibi etiam placitis
moribus dignanter deservire con
cedas. Per.
Redime me domine et miserere
re mei pes enim meus stetit
in via recta in ecclesiis be
nedicam te domine nam. Iudi

ca me domine quoniam ego in innocentia
mea ingressus sum et in domino spe
rans non infirmabor.
Da quesumus omnipotens deus. ut famu
lia tua que se affligendo
carne ab alimentis abstinet: sec
tando iusticiam a culpa ieiunet. Per.
In diebus illis. Oravit
daniel dicens. Domine deus noster qui
eduxisti populum tuum de terra egyp
ti in manu forti. et fecisti tibi no
men secundum diem hanc: peccavimus
domine iniquitatem fecimus in omnem
iusticiam tuam. Avertatur obsecro
ira tua et furor tuus a civitate
tua ierusalem: et a monte sancto tuo. Pro
pter peccata enim nostra et iniquitates
patrum nostrorum: ierusalem et populus tuus
in opprobrium sunt omnibus per cir
cuitum nostrum. Nunc ergo exaudi
deus noster orationem servi tui et
preces eius: et ostende faciem tuam
super sanctuarium tuum quod desertum
est. propter temetipsum inclina
deus meus aurem tuam et audi:
aperi oculos tuos et vide desolati
onem nostram et civitatem super
quam invocatum est nomen tuum.
Neque enim in iustificationibus nostris
prosternimus preces ante faciem tuam.
sed in miserationibus tuis multis

License: public_domain – Toronto, ON, The Robertson Davies Library at Massey College, Rueter FF 0011, Verso – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-js0u/7239/75042)